

Quorum non nulla hic enumerantur.

Decretum liberatis atque immunitatis.

Solita clausula.

Innocentii PP.

& S. R. Eccl. Card. sub-
scriptions.

Dat. die 22 Martii anno Dom. 1138. Pontif. an. 12. leg. 1138.

ncant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Plebem videlicet S. Johannis de civitate, plebem S. Mariæ Serrata, plebem de Lisciano, plebem S. Mariæ de Gadiano cum plebe S. Donati, & S. Viriani, plebem S. Gervasii, curtem de Lavari, cum aliis omnibus Ecclesiis, ac bonis prædictæ Ecclesiæ pertinentibus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam B. Mariani Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet fatigationibus molestare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione sunt concessa, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur &c. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Conradus Sabinen. Episcopus propria manu corroboravi. Ego Petrus Card. Presb. S. Susannæ. Ego Bernardus Presb. Card. S. Crucis in Hierusalem. Ego Anselmus Presb. Card. S. Laurentii in Lucina. Ego Martinus Presb. Card. S. Stephani. Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii. Ego Guido Diac. Card. SS. Cosmæ & Damiani. Ego Guido Diac. Card. S. Adriani. Ego Boethius Diac. Card. SS. Viti & Modesti. Ego Ivo Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro. Ego G. G. Card. S. Angeli. Ego Gerardus Diac. Card. S. Mariæ in Domnica. Datum Lateranis per manus Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Cancellarii, X. Kal. Aprilis, Indiæ. I. Incarn. Dominicæ anno MCXXXVII. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ II. an. IX.

XLVIII.

Privilegium confirmationis donationum omnium, factarum Monasterio Albaripæ Lingonen. Diocesis.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, reverendissimo in Christo filio Rainaldo Abbati Monasterii Albaripæ, suisque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

IN Apostolica Sedis speculâ, disponente Domino, constituti, tanto amplius Religiosas personas paterna debemus pietate diligere ac fovere, quanto magis eorum orationibus ad exequendum injunctum nobis apostolatus officium opportunis solatiis adjuvari, & in futuro eterne benedictionis participes fore confidimus. Proinde, dilecte in Domino filii Rainalde Abbas, exorati a carissimo filio nostro Bernardo Clarevallis Abbate, de cujus religione atque prudentiâ innumera commoda sanctæ Ecclesiæ a Domino provenerunt. desideris clementer annuimus, & Monasterium Albaripæ, cui Deo auctore præsidet, præsentis scripti paginâ communitimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, idem Locus impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstan-

Inter Instrumenta Ecclesiæ Lingonen. editi Samarit. Gall. Christ. Tom. IV. col. 169.

Exordium.

S. Bernardi Clarevallensis in eodem Apostolicam.

Bona Monast. confirmatur & donationes omnes.

te Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc nominatim duximus exprimenda: videlicet quæcumque a bonæ memoriæ Wilenco Lingonensi Episcopo per manum supradicti Abbatis Clarevall. ad opus Monasterii Albaripæ in locis inferius adnotatis, devotionis intuitu sunt collata; scilicet in Solongereth, campo Alerii, Ambraiiis, Aula, Arcustrato, Racheo, Quine, Morethangis, Crille: quod profecto donum non solum de iis, quæ in proprietate ac dominio suo præfatus Episcopus inibi possidebat, factum esse cognoscitur; sed & quicquid ex iis, quæ alii ab eo de eisdem terris, feudi nomine, quocumque modo tenebant, justè posteris acquirere. Præterea nihilominus confirmamus, quæ idem Episcopus, exceptis supradictis locis, in omnibus aliis terris suis circumjacentibus, vobis contulit, idest omnia necessaria liberè & gratis ad usus vestros, & domorum vestrarum, atque animalium, tam in herbis quam in aquis, sylvis, glandibus, & in quibuslibet rebus, vel potu, melle, venatione, & cæteris iis similibus, a vobis vel universis vestrisve mercenariis capiendis vel inveniendis. Simile quoque donum, a nobili viro Rainaldo de Grance vobis factum, simili sanctione firmamus. Adjuvantes donationem, quam egregius vir Ebaldu Comes de Sauz, & Rainaldus de Grance, vobis fecisse noscuntur de iis, quæ infra supradictos terminos possidebant, & extra eadem loca, si qua de proprietate & dominio eorum sunt vestris, vel vestrorum hominum, seu & animalium usibus necessaria, firma vobis & inviolata servantur. Nulli ergo omnino hominum liceat, prædictum Monasterium super hac nostra constitutione temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur vestris usibus omnimodis profutura. Si quis autem huic nostræ constitutioni sciens contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non præsumptionem suam congruè emendaverit, excommunicationi subjaceat; Conservantes verò hæc omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus gratiam consequantur. Amen. Amen.

Datum Laterani per manum Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Card. & Cancell. VI. Kal. April. Indiæ. I. Incarnat. Dominicæ MCXXXVIII. Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ II. anno IX.

XLIIX.

Sedes Episcopalis Rossellanæ Ecclesiæ, prædonum infestationibus agitata & desolata, Grossetum transfertur.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, ven. fratri Rollando Grossetano Episcopo, ejusdemque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Sacro sancta Romana Ecclesia, Caput & Magistra omnium Ecclesiarum est ab ipso Salvatore nostro Jesu Christo divinitus constituta; quæ profecto, sicut speciali privilegio cõ-

Solita clausula.

Dat. die 27. Martii anno Domini 1138. Pontif. anno 12.

Edidit Nicolaus Coletus Ital. Sac. Tom. x. in Adversariis ad Historiam Ecclesiæ Grossetanâ: Sedes Apostolica potestas transferendi, vel uniendo Ecclesias.

Quibus tam men de causis id agendum.

Et a summis locis scilicet actum.

Propter Rossellanæ Ecclesiæ calamitatem ejusdem Episcopalis Sedes Grossetum transfertur.

Decretum confirmationis presentis privilegii.

Com solita clausula.

Innoc. PP.

& S. R. Eccl. Card. sub-
scriptions.

litus tibi collato, potestatem habet novos Episcopatus, exigente necessitate, statueret; ita nihilominus duos potest in unum conjungere, unum in duos dividere, atque Episcopales Sedes, quilibet tyrannica feritate oppressionem vel violentiam patientes, ad alia, quæ tutiora sunt, loca transferre; Cum utique B. Augustinus, egregius S. Ecclesiæ Doctor & Rector, certis ex causis id fieri annuati, videlicet, aut pro persecutorum feritate, aut locorum difficultate, aut malorum societate. Sed & Prædecessores nostri, qui diversis fuerit atibus, eandem translationem ad alia loca munitiora unius ejusdemque Dioceseos sependero fieri permisissent. Hoc nimirum dispensationis intuitu, ven. frater Rollande Episcopo, quoniam Rossellana Ecclesia multorum prædonum in circuitu habitantium stimulis & infestationibus agitatur: & populus ejusdem loci ad magnam desolationem atque paucitatem, peccatis exigentibus, est redactus, communicato fratrum nostrorum consilio, dignitatem Episcopalis Sedis in eadem Urbe hæctenus habitam, in Grossetanam civitatem apostolica auctoritate transferimus; atque, ut idem locus de cetero episcopalis apicis culmine decoretur, præsentis privilegii sanctione decernimus. Nulli ergo omnino hominum fas sit, re vel successores tuos super hac nostra constitutione temerè perturbare, aut etiam super his aliquid immutare; sed potius Grossellanæ Episcopalis Sedis dignitate perpetuo gaudeat, eique tamquam Matrici Ecclesiæ ab omnibus tam clericis quam laicis Rossellanæ Dioceseos obedientia & reverentia humiliter deferatur. Si qua sanè impostera ecclesiastica secularive persona, hujus nostre dispositionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè subiaceat ultioni. Constitimus autem, ut privilegii, a Sede Apostolica Monasteriis seu aliis piis locis indultis, hujus nostre concessionis obtentu nullum præjudicium inferatur. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax D. N. Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Conradus Sabinensis Episcopus. Ego Albericus Hostiensis Episcopus. Ego Petrus Cardinalis Presbyter tit. S. Susannæ. Ego Gerardus Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem. Ego Anselmus Presb. Cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina. Ego Lucas Presb. Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli. Ego Martinus Presb. Cardinalis tit. S. Stephani. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi. Ego Oddo Diaconus Cardinalis ad Velum aureum. Ego Guido Diaconus Cardinalis SS. Cosmæ & Damiani.

Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Adriani. Ego Chrylogonus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis S. Angeli. Ego Octavianus Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere. Datum Laterani per manum Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Canc. V. Idus Aprilis Indiæ. I. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXVIII. Pontificatus vero Domini Innocentii II. Papæ anno IX.

Dat. die 9 Aprilis anno Dom. 1138. Pont. ann. 12.

L.

Domus Montis-Pessulani, & Monasterium S. Gervasii, & aliud Monasterium SS. Domitiani, & Ragueberti, cum pertinentiis omnibus, Cluniacensi Monasterio confirmantur.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Petro Abbati Cluniac. ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier col. 1403.

Quos omnipotens Dominus ampliori honestate ac religionis nitore facit esse conspicuos, a Sede Apostolica convenit plurimum honorari, & opportunis adminiculis confoveri. Quo circa, dilecte in Domino filii Petre Abbas, personam tuam paternis affectibus amplectentes, donationem ab illustri viro Guillelmo Montis-Pessulani in manu nostra devotionis intuitu factam, & per nos Monasterio tradendam Cluniacensi, tuisque successoribus confirmamus, & Cluniacensi Monasterio ratam & inconvulsam perpetuò manere decernimus; Statuentes, ut in eodem loco Oratorium, & Cimiterium construat, in quo si qua personæ, undecumque venientes, sepeliri deliberaverint, nullius prohibeantur obstaculo, nisi forte vinculo excommunicationis fuerint innodata: salvo nimirum jure matricis Ecclesiæ. Adjuvantes etiam, ut si quid fratribus in eodem loco Deo servientibus concessione Pontificum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, impostum datum fuerit, tam tibi quam ipsis fratribus presentibus vel futuris, firmum & inviolabile servetur. Simili quoque modo Monasterium S. Gervasii de Fos, quod quidem aliquando Prioratus Cluniacensis Cœnobii extitit, nunc autem in Abbatiam per quorundam insolentiam est transfactum, in Prioratus statum & ordinem revocetur, & perpetuis temporibus cum omnibus suis pertinentiis sub ejusdem Monasterii ditione ac dispositione consistat. Ut autem sacrum Cluniacense Cœnobium semper de bono in melius suscipiat incrementum, Monasterium SS. Domitiani & Ragueberti sub jure & dispositione tua & successorum tuorum perpetuò manere sancimus, quemadmodum a venerabili fratre nostro Petro Lugdunensi Archiepiscopo, Apostolicæ Sedis Legato, noscitur institutum, & suo scripto atque sigillo firmatum. Nulli ergo hominum fas sit, idem Cluniacense Cœnobium super hac nostra concessione ac confirmatione temerario ausu perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatio-

Exordium.

Domus Montis-Pessulani confirmatur Monast. Cluniac.

Ad constr. endum Oratorium & Cœmoterium.

Item Monast. S. Gervasii de Fos in Prioratum redigendum.

& Monast. SS. Domitiani & Ragueberti.

Cum solitis clausulis.

tatione ac gubernatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura. Si qua sane imposterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat: Cumque eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & in futuro praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Innocentii PP.

& S. R. E. Cardd. subscriptiones.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Eccl. Episc. s. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis sanctorum Sergii & Bacchi subscripsi. Ego Gerardus Presbyter Cardinalis tit. sanctæ Crucis in Hierusalem subscripsi. Ego Teodewinus S. Rufinae Episcopus s. Ego Anselmus Presbyter Cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina subscripsi. Ego Licifredus Presbyter Cardinalis tituli Vestinae subscripsi. Ego Lucas Presbyter Cardinalis tit. sanctorum Joannis & Pauli subscripsi. Ego Martinus Presbyter Cardinalis tit. S. Stephani s.

Dat. die 28. Aprilis anno Domini 1138. Pontif. anno IX. * leg. I. * leg. IX.

Datum Laterani per manum Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, IV. Kal. Maii. Indictione II. * Dominicæ Incarnationis anno MCXXXVIII. Pontificatus Domini Innocentii Papæ II. anno X. *

L I I.

Assignatio finium S. Fulginaten. Ecclesiæ, cujus bona omnia confirmantur.

Ex Vrbell. In hac Tom. 3. ubi de Fulginat. Epp.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, ven. fratri Benedicto Episcopo Fulginensi, ejusque Successoribus canonice substituendis, salutem in perpetuum.

Proemium.

Incomprehensibilis & ineffabilis Divina miseratio potestatis nos hac providentiæ ratione in Apostolicæ Sedis administratione constituit, ut paternam universis Ecclesiis sollicitudinem gerere studeamus. Proinde, venerab. in Christo frat. Benedicte Episcopo, tuis justis postulationibus debita benignitate annuimus, & Fulginensem Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, Apostolicæ Sedis privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque prædecessoribus, & illibata permaneant. Sancimus etiam, ut universi fines parochiæ, sicut a tuis successoribus usque hodie sunt possessi, ita omnino integra tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur. Primum quidem latus a Timia vadit in flumen Mortuum: Secundum latus a flumine Mortuo in fontem Palumbi, & primum S. Stephani ad Crucem S. Martini, inde ad Cerretum, & ad Rivulum Fojani usque ad Rivulum, qui di-

Fines Diocesis Fulginat. ten.

Bona Ecclesiæ confirmantur.

citur Griscus: Tertium latus ab ipso Grisco pervenit ad Corniale de Vaccagna usque ad clivium Martis, & inde ad collem Jovis, & descendit per directum usque ad Crucem sancti Mauri: A quarto latere versus Dona juxta Spellam pervenit in supradictum flumen Timiam. Confirmamus insuper vobis, & per vos S. Fulginensi Ecclesiæ, plebem S. Johannis de Foro fluminis cum Ecclesiis suis, plebem S. Johannis de Dilecto cum Ecclesiis suis, plebem S. Feliciani de Butino, plebem de S. Maria Nova, plebem S. Mariæ de Fulginea cum Ecclesiis & possessionibus eorum, plebem S. Valentini, & plebem de Rovellata, & plebem S. Mariæ de Scopulo, plebem S. Mariæ de Fellonica cum possessionibus & Ecclesiis earum, plebem de Cassignano, plebem de Porcarella, & plebem S. Andree de Orbe cum Ecclesiis & pertinentiis earum. Porro castellum Landolinc cum sua possessione, & Monasterium sancti Petri cum suis possessionibus, Ecclesiam quoque S. Mariæ de Rignano cum omnibus pertinentiis suis, in tuo & tuorum successorum dominio semper permanere censemus. Canonice vero S. Feliciani cum omnibus pertinentiis, vel Ecclesiis suis, ita sub vestro statuimus jure persistere, ut nullus ibi Præpositus, nullusque Canonicus absque assensu Episcopi ordinetur. Præbenda etiam de Canonica Episcopo attribuitur, quoties in refectorio cum fratribus reficere noluerit. Monasterium quoque Salvatoris, & Ecclesiam S. ... & Ecclesiam S. Constantii, & Ecclesiam S. Abundii, & Ecclesiam S. Herculi, & omnes Ecclesias civitatis secundum sacrorum Canonum sanctiones in vestra statuimus dispositione & ordinatione persistere. Insuper etiam Ecclesiam S. Christinæ, Ecclesiam S. Petri de Rotundo, & Canonicam S. Paterniani cum omnibus pertinentiis earum, Monasterium S. Stephani, & Monasterium de Salvino, & S. Martini de Murro, & S. Angeli de Rosaja cum omnibus pertinentiis eorum, Canonicam quoque S. Martini, S. Andree, & S. Lucie cum omnibus pertinentiis & ecclesiis earum, omnesque alias Ecclesias Fulginensis Episcopatus similiter in vestra statuimus dispositione, & ordinatione persistere. Sane redditus de mercato, de portis, de pontibus, de stratis Civitatis, & de Castro Episcopi, videlicet S. Feliciani, tibi tuisque successoribus in perpetuum confirmamus, sicut ex antiquo jure, & ex regia liberalitatis munificentia, Fulginensis hæcenus possedit Ecclesia. Et campum qui dicitur S. Mariæ, campum de Pissinale, & campum de Ucellano, campum de Vaccaria, campum S. Abundii de Filecto, campum Frigidi, campum de Gualdo, & totam terram Berardi filii Riconis, & terram totam, quam dedit Asto Comes, Luponis filius, Ecclesiæ S. Feliciani, & totam terram, quæ in Spello, & Colle, Topini quoque fluminis alveum juxta Civitatem in vestra jurisdictione servandam perpetuo confirmamus, & molendina omnia, quæ illic præsentis tempore jam constructa sunt, aut in futurum constructi contigerit, & quæque illiæ ædificia construentur, necnon omnes servi & ancillæ, atque liberi, ad Ecclesiam pertinentes, sub vestra semper aut success. possessione permaneant. Decernimus ergo &c. Si qua ergo &c. Cumque autem &c. Amen.

Enumeratio bonorum.

Innocentii PP.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Eccl. Episcopus.

Gre-

& S. R. Eccl. Cardd. subscriptiones.

Gregorius Presb. Card. tit. SS. Apostolorum s. Petrus Card. Presb. tit. S. Susannæ s. Petrus Card. Presb. tit. S. Marcelli s. Gerardus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierus. s. Anselmus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina s. Lucas Presb. Card. tit. SS. Jo. & Pauli s. Gregorius Diac. Card. SS. Sergii s. Guido Diac. Card. S. Adriani s. Oddo Diac. Card. S. Georgi ad Velum aureum s. Guido Diac. Card. SS. Cofinæ & Damiani s.

Dat. die 11. Junii anno Dom. 1138. Pontif. anno IX.

Datum Laterani, per manum Aymerici S. R. E. Diaconi Card. & Cancellarii, III. Id. Jun. Ind. I. Inc. Dominicæ ann. MCXXXVIII. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ II. anno IX.

L I I.

Confirmatio Statuti, ut decedentibus Canonicis secularibus, totidem subrogentur regulares in Ecclesia S. Mariæ de Castalione, cujus bona omnia confirmantur.

Inter Infrum. Ecclesiæ Linconen. edita. Summarium. Gall. Christ. Tom. IV. col. 170.

Innocentius, Servus Servorum Dei, dilecto filio Aldoni Abbati S. Mariæ de Castellione ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Quod per aspirantem gratiam, dilecte in Domino fili Aldo Abbas in B. Dei Genitricis Ecclesia est constitutum, nobis extat acceptum, unde etiam charitatem tuam duximus commendandam, ut more boni agricolæ commissam tibi vineam summi patrisfamilias diligenter excolere, eamque pro viribus meliorare contendas. Quia verò ex hortatione confratrum nostrorum Guilelmi quondam Lingonensis Episcopi, & Bernardi Clarevallensis Abbatis, est in B. Mariæ Ecclesia institutum, ut obventibus secularibus ejusdem loci Canonicis, non nisi Regulares substituantur; id ipsum nihilominus gratum habemus, statuentes, ut decedentibus secularibus Canonicis, qui impræsentiarum apud vos esse noscuntur, nullus eis, nisi regularem vitam professus, Canonicus subrogetur. Sancimus etiam, ut quascumque possessiones idem Locus hodie canonicè possidet, aut imposterum concessione Pontificum, largitione Regum & Principum, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus permaneant. Nulli ergo &c.

Innocentii PP. & S. R. Eccl. Cardd. subscriptiones.

EGO INNOCENTIUS Ecclesiæ Catholicæ Episcopus. Ego Drogo Ostiensis Episcopus. Ego Gerardus Cardinalis S. Crucis in Hierusalem. Ego Anselmus Presbyter Cardinalis. Ego Lucas Presbyter Cardinalis. Ego Martinus Presbyter Cardinalis. Ego Guido Diaconus Cardinalis. Ego Chrysogonus Diaconus Cardinalis. Ego Yvo Diaconus Cardinalis. Datum apud S. Germanum per manum Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi, Cardinalis & Cancellarii, XII. Kal. Octob. Indictione I. anno MCXXXVIII. Pontificatus Innocentii II. anno IX.

Dat. die 28. Septemb. ann. Dom. 1138. Pontif. anno IX.

Bull. Rom. Tom. II.

L III.

Confirmatio Bonorum Monasterii Brufeningensis Ratisbonen. Diocesis.

Innocentius, Servus Servorum Dei, dilecto filio Erboni Brufeningen. Monasterii Abbati ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ex Hunaff. Historia Salsburg. To. III.

Sicut injusta postcentibus nullus est tribendus effectus, ita legitima desiderantium non est differenda petitio. Proinde, dilecte in Domino fili Erbo Abbas, tuis petitionibus clementer annuimus, & Brufeningen. Monasterium, cui Deo auctore præesse dinosceris, sub Apostolicæ Sedis tutela suscipimus, & præsentis scripti paginâ communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem Locus impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet villas seu possessiones, quas venerabilis frater noster Otto Bambergensis Episcopus eidem Monasterio contulit, Gebernebach, Munnenebach, Malistorf, Stainloch, Ahebach, Oberdorsf, Grassolting, Hemburg, Neunkirchen, Dietpurgetreut, Wittenreut cum suis pertinentiis. Prohibemus insuper, ne præfatas res eidem Monasterio jam collatas, vel in antea conferendas, prædicto Episcopo vel alicui successorum suorum distrahere vel minuire liceat. Decernimus autem, ut, quia communem vitam ducentes de aliorum eleemosynis & beneficentia debent vivere, de laboribus, quos propriis sumptibus colligitis, a vobis decimas exigere vel recipere nemo præsumat. Sancimus etiam, ut Ordo monasticus, qui secundum beati Benedicti regulam, & studium vestrum in eo Monasterio noscitur institutus, futuris temporibus ibidem perpetuo conservetur. Statuimus insuper, ut nemini fratrum vestrorum post factam in eodem Monasterio professionem absque licentia Prælati sui ad alium locum liceat transmigrare. Nulli ergo hominum liceat, idem Conventum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, minuire, vel aliquibus molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a Sacratissimo Corpore & Sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat: Conservantes autem hæc omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, gratiam consequantur. Amen.

Exordium.

Bona ad Monast. spectantia confirmantur.

Et si quolibet minui prohibet.

Vel a Monachis quidquam ulla de causa exigi.

Monasticum Ordinem in eo servari statuit secundum Regulam sancti Benedicti.

Solita concessione.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus s. Ego Gregorius Diac. Card. SS. Georgii & Bacchi s. Ego Petrus Card. Presbyter Sanctæ Susannæ s.

Innocentii PP.

& S. R. E. Cardd. subscriptiones.

H h

Ego Ge-